



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Beati Ambrosii Abbatis Generalis Camaldvlensis  
Hodoeporicon**

**Traversarius, Ambrosius**

**Florentiae, [1680?]**

Lector Amice

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65172](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65172)

# LECTOR AMICE



N ! Tibi rursus Ambrosij Hodoeporicon, non Italis modo, sed  
exteris toties expeditum, quale quale in Laurentiana repertum  
est (nam MS. locupletioris supplementa adhuc desideramus);  
dignum tamen Tuo fauore plausuque, cum ob rerum, quas se-  
riò confertimque perstringit, argumentum, tum ob praelarissimi Beatique  
Parentis reuerentiam, cuius ingenij præstantiam, & in Rem publicam Li-  
terariam ingentia merita, & Patrum & Philosophorum monumenta iam-  
pridem Latio Gracieque testantur. Superuacuum porrò hic fuerit rapti  
Autoris Elogia ac Vitam, Romane Etruscoque sermone diffusam, retexere;  
cum præsertim, & ex arcta eius cum Ecclesiæ Pontificibus Maximis necessitu-  
dine gratiaque; & ex summa, qua in Catholicis Synodis, auctoritate, po-  
nitus est; ex approbata in Principes viros, quorum temporibus nunquam  
defuit, obseruantia; ex amplissimis ad eosdem ac florentissimas Respubli-  
cas ipsumque Cæsarem Legationibus, quibus egregie perfunctus est; ex  
Sanctorum demum eruditorumque omnium testimonys, quos studio cultuque  
impensisimo sibi demeruit: quis planè quantusque Ambrosius extiterit, elu-  
cescat: Notas, ut fide data me citius exoluere, magna ex parte conge-  
bas, differre hic iterum cogor; per eos priori consilio, quibus me parere ne-  
cessere est, interturbato; dum totum opus (sicundè) nancisci queam, Episto-  
larum Editioni reddendum: cui vires & otium felix, si Tibi curæ sunt,  
apprecare, ac Vale.